

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dialogorum sacrorum Libri Quatuor**

**Châteillon, Sébastien**

**Basileae, 1565**

Nicodemus

**urn:nbn:de:bsz:31-102436**

deo huc uenire uerè Israelitam: id est, a hominem ab omni fraude alienum. N. Vnde me nosti? I. Prius quàm te Philippus appellaret, cum esses sub ficu, uidebam te. N. Magister, tu es filius Dei, tu es rex Israelitarum. I. Quoniam dixi tibi, te à me sub ficu esse uisum, ita credis: maiora his uidebis. Credite mihi, posthac uidebitis coelum apertum, & Genios diuinos ascendentes & descendentes ad me.

## SENTENTIA.

Vnde minimè speres, inde existit bonum.  
Adeundus est Christus, ut eum cognoscas.  
A minoribus, si credas, ad maiora uenies.

NICODEMVS. Ioan. 3.

## ARGUMENTVM.

Iesus differit cum Nicodemo de renascendo.

Nicodemus, Iesus.

**M**agister, scimus te doctorem uenisse diuinitis. nam a nemo ista tam portentosa facere possit, quæ tu facis, nisi adsit ei Deus. I. Accipe igitur doctrinam eo dignam, qui uenerit à Deo. Qui denuò natus non fuerit, mihi crede, Dei regnum adipisci non potest. N. Quo pacto potest homo nasci, qui sit senex? Nunquid potest iterum in uentrem suæ matris ingredi, atq; nasci? I. Cum de Dei regno, quod diuinum est, locutus sim, debes existimare, hanc quoque generationem, de qua loquor,

a Christus  
operibus  
is cognos  
tur.

loquor, per quam ad illud regnū perueniatur, esse diuinam. Proinde omittē istam à muliere natiuitatem. Nam si quis à muliere renasceretur, talis esset renatus, qualis fuisset ante quā renatus: id est, esset adhuc terrestris & humanus, propterea quod ex re terrestri & mortali quod nascitur (cuiusmodi est mulier) id terrestre & mortale est: quandoquidem quæq; res sui similem gignit. At ex spiritu qui fuerit renatus, is diuina quadam & spiritui conueniente natura præditus erit: quoniam quod à spiritu gignitur, id eius simile est à quo originem habet, uidelicet spiritus. Neque uerò mireris, quod dixerim, uobis esse renascendum, quamuis hanc natiuitatem non uideas. Nam quod accidit in uento, cuius quamlibet in partem spirantis sonitum audis, neque tamen oculis cernis unde ueniat, aut quod feratur: idem fit et in omnibus ex spiritu genitis, ut hæc generatio sentiri et intelligi possit, oculis aspicere non possit. N. Quomodo possunt ista fieri? I. Tu Israelitarum magister es, et hæc nescis? Atqui hoc tibi confirmo, nos non ignota, aut tantum audita dicere, sed perspecta et uisa testari: et tamē testimonium nostrum uos non accipitis. Quod si terrestria, quæ uobis dixi, non creditis: quomodo cælestia, si dixerō, credetis? Si hanc similitudinem, quam ego duxi à uento (quæ res terrestris est, et subiecta sensibus) non capis, ideoq; non credis: quomodo intelliges

belliges rem ip  
dine usus su  
sub sensus cao  
quo discatis n  
lum ascendere  
nemo ascendit  
descendit, qui  
a quo nisi ali  
tis est. Qu  
de quo loquor  
illum æreum es  
intuentes, à se  
oportet extoll  
dentes, mibiq;  
possunt ætere  
ditio, superius  
quam posse reg  
hi fidem habent  
sunt, ut plane  
digni sint. Eter  
tus est amore T  
didit: cui qui  
ad uitam perue  
pitam suum in  
sed ut per eum  
bet, non damna  
natus est, qui

telliges rem ipsam, cuius declaranda causa similitu-  
 dine usus sum, quae res coelestis diuinaq; est, neque  
 sub sensus cadit? Atqui haec nisi à me didiceritis, à  
 quo discatis nullus est. Neque enim potestis in coe-  
 lum ascendere, et ea à Deo discere. Nam in coelum  
 nemo ascendit, praeter eum hominem qui de caelo  
 descendit, qui quidem est in caelo. Is autem ego sum:  
 à quo nisi didiceritis, desperanda uobis a cog-  
 nitio est. Quocirca attende, quale sit hoc renasci,  
 de quo loquor. Quemadmodum Moses serpentem  
 illum aereum extulit in desertis, in quem serpentem  
 intuentes, à serpentum morsu sanarentur: ita me  
 oportet extolli, ut omnes in me intuentes, à me pen-  
 dentes, mibiq; fidentes, non pereant, sed uitam adi-  
 piscantur aeternam. Haec est igitur renascendi con-  
 ditio, superius à me proposita, sine qua negaui quē  
 quam posse regnum caeleste consequi. Nam qui mi-  
 hi fidem habent, ita immutantur, tantoq; meliores  
 fiunt, ut planè renati dici possint, et caelesti regno  
 digni sint. Etenim tanto genus humanum profecu-  
 tus est amore Deus, ut unigenitum filium suum tra-  
 diderit: cui quicumque fidem habeat, non pereat, sed  
 ad uitam perueniat aeternam. Non enim misit Deus  
 filium suum in hanc uitam, ut homines condemnet,  
 sed ut per eum seruentur homines. Qui ei fidem ha-  
 bet, non damnatur: qui uerò non habet, is iam dam-  
 natus est, qui unigeniti Dei filij nomini fidem non  
 adiunxerit,

a scilicet  
 rum rerum

224 DIALOG. SACRORVM

adiunxerit. In hoc autem damnantur homines, quod cum uenerit in orbem lux, tenebras magis quam lucem amant: quippe quorum praua sint opera. Siquidem quisquis uitiosa facit, lucem odit, neq; in lucem prodit, ne eius facta arguantur. Qui uero recta facit, is in lucem prodit, ut patefiant eius opera, utpote facta diuinitus.

SENTENTIA.

Renascendum est, & ex carne in spiritum migrandum. Venim terrestria, quae graui sunt, in caelum ascendere, aut in caelo esse non possunt: ita iniusticia, quae res terrestres & grauis est, in regnum Dei uenire, aut ibi esse nequit. A solo Christo salus est.

SAMARITANA. Ioan. 4.

ARGUMENTVM.

Iesus apud fontem cum muliere Samaritana de uera potione, ueroque Dei cultu colloquitur. Cumque superuenissent emptum cibum apportantes discipuli, eos quoque de uero cibo docet.

Iesus, Samaritana, Discipuli.

**D**A mihi bibere, mulier. s. Quomodo tu Iudaeus, a me muliere Samaritana petis potum? Neque enim habent ullum Iudaei cum Samaritanis commercium. 1. Si intelligeres munus Dei, & quis sit qui a te potum petit, tu ipsa peteres ab eo, tibi que ipse daret, aquam perennem. s. Domine,

raſſe Chri  
s ( ut fo-  
) a carnali  
s, ad spiri-  
tu alia.

mine, neq; fr  
unde ergo ha  
maiores pati  
hunc puteum  
eius, atque p  
tantam exple  
ut qui ex aqu  
quam. nam ea  
perennitatem.  
ne amplius sit  
nam. 1. Ie  
uenito. s. N  
non habere uir  
nunc quem hab  
tibi. s. Vi  
ut tibi frustra  
monte hoc De  
tis, Hierosolym  
Mulier crede n  
monte hoc, neq  
Vos, quid colati  
mus, quippe qui  
pus, & quidem  
cimo & uere  
ter colit pestulat  
ant, animo & u  
runt esse Mesian